



**STUDIU ISTORIC DE FUNDAMENTARE  
a reactualizării Planului Urbanistic General  
pentru comuna  
TARCEA**

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

## STUDIU DE FUNDAMENTARE

### aferent PUG comuna Tarcea



Pe teritoriul comunei Tarcea au existat în Evul Mediu următoarele localități: Adoni, Tarcea, Galoșpetreu, Apăți, Zehun, Papharasztja, Pusztaszentmihály, Kupóc, dintre care doar primele trei au supraviețuit până în zilele noastre, celelalte au dispărut în perioada secolelor XIV-XVI.

Disponem de statistici ale populației comunei Tarcea pe naționalități, între 1880-1992:

An	Total	Români	Maghiari	Germani	Alții	Evrei	Rromi	Ucrainien	Sârbi	Slovaci
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
1880a	2660	427	2098	10	9+116	.	.	-	-	3
1880b	2660	448	2193	10	9	.	.	-	-	3
1890a	2930	386	2529	6	9	.	.	6	-	1
1900a	3320	368	2937	15	-	.	.	-	-	-
1910a	3435	177	3256	2	-	.	.	-	-	-
1920n	3304	1036	2160	1	107	107	.	.	.	.
1930a	3804	1125	2630	2	47	44	-	1	-	-
1930n	3804	1276	2401	3	124	73	31	14	-	1
1941a	3854	75	3778	1	-	-	-	-	-	-
1941n	3854	87	3692	1	74	23	50	-	-	-
1956n	4396	1327	3069	-	-	-	-	-	-	-
1966a	4363	875	3486	-	2	-	-	-	-	1
1966n	4363	1289	3073	-	1	-	-	-	-	1
1977n	3584	800	2670	1	113	-	109	1	-	3
1992a	2881	383	2394	1	103	-	103	-	-	-
1992n	2881	464	2271	-	146	-	146	-	-	-

Statistica populației comunei Tarcea pe religii, între 1869-1992:

An	Total	Ortodocși	Greco catolici	Romano catolici	Reformați	Evanghelici	Unitarieni	Izraeliți	Alții	Bapțiști
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
1869	2904	10	759	303	1609	-	-	223	-	.
1880	2660	-	758	219	1484	3	-	196	-	.
1890	2930	4	829	309	1593	7	-	188	-	.
1900	3320	-	1090	398	1699	6	-	127	-	.
1910	3435	9	1042	434	1817	-	1	132	-	.
1930	3804	18	1320	511	1823	2	-	80	50	50
1941	3854	11	1068	623	1925	2	-	55	170	170
1992	2881	270	402	547	1558	-	1	-	103	95

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---



Conform recensământului efectuat în 2011, populația comunei Tarcea se ridică la 2.690 de locuitori, în scădere față de recensământul anterior din 2002, când se înregistraseră 2.706 locuitori. Majoritatea locuitorilor sunt maghiari (71,97%). Principalele minorități sunt cele de români(14,35%) și romi (11,86%). Din punct de vedere confesional, majoritatea locuitorilor sunt reformați (50,15%), romano-catolicii reprezintă (19,74%), ortodocșii (12,86%), greco-catolicii (8,48%) și bapțiști (5,72%).

Pe lista monumentelor istorice din județul Bihor comuna Tarcea figurează cu următoarele poziții:

Nr. Crt	Unitate Administrativ Teritorială		Lista Monumentelor Istorice	Cod LMI
	COMUNĂ	SAT		
1	2	3	4	5
7	TARCEA	ADONI	Cetatea de la Adoni	BH-I-s-B-00945
251		ADONI	Biserica romano - catolică "Sf. Treime"	BH-II-m-B-01093
53		GALOȘPETRU	Așezare	BH-I-s-B-00966
54		GALOȘPETRU	Așezare	BH-I-s-B-00967
55		GALOȘPETRU	Situl arheologic de la Galoșpetru, punct "Pădurea lui Frater"	BH-I-s-B-00968
56		GALOȘPETRU	Așezare	BH-I-m-B-00968.01
57		GALOȘPETRU	Așezare	BH-I-m-B-00968.02
58		GALOȘPETRU	Așezare	BH-I-m-B-00968.03
59		GALOȘPETRU	Necropolă	BH-I-s-B-00969
305		GALOȘPETRU	Conacul Frater, azi Primăria Tarcea	BH-II-m-B-01148
306		GALOȘPETRU	Conacul Draveczy, azi clădire de locuit și bibliotecă școlară	BH-II-m-B-01149
307		GALOȘPETRU	Conacul Frater, azi dispensar medical	BH-II-m-B-01150
162		TARCEA	Așezare fortificată	BH-I-s-B-01018
163		TARCEA	Situl arheologic de la Tarcea, punct "Dealul de Mijloc"	BH-I-s-B-01019
164		TARCEA	Așezare	BH-I-m-B-01019.01
165		TARCEA	Așezare fortificată	BH-I-m-B-01019.02

## Tarcea

După opinia istoricului Györfy György, localitatea Tarcea apare în documentele medievale pentru prima oară într-un codice păstrat la Biblioteca Universitară din Budapesta, într-o transcriere a unei descrieri datate între anii 1163-1173 a regelui Ștefan III. al Ungariei, în care se relatează despre furtul osemintelor brațului drept al lui Ștefan I., de către Mercurius, tatăl prepozitului din Székesfehévár, Catapan, cu ocazia deschiderii mormântului regelui sanctificat, în jurul lui 1078. Brațul a fost dus apoi la Sâniob, și depus la mănăstirea fondată de regele Ladislau I., în cinstea relicvei, mănăstire a cărei prim abate a devenit Mercurius. Documentul înșirează donațiile făcute mănăstirii, printre care 29 de localități din comitatele Bihor, Szolnok, Szabolcs, Zărand și Fejér. Printre satele bihorene, conform identificării făcute de Györfy se afla

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---



și Tarcea, sub forma de *Thorsa*. În fapt este vorba probabil doar de o parte a localității, având în vedere donația făcută mănăstirii din Sâniob de regele Géza II. al Ungariei (1141-1162) privind 6 gospodării de iobagi din Tarcea. Nu dispunem de alte informații medievale cu privire la proprietate mănăstirii din Sâniob asupra porțiunilor din Tarcea, ea probabil și le-a pierdut între timp. Numele localității Apáti (de Abație – rom.), contopită ulterior cu Tarcea, pare însă să fi conservat apartenența satului la domeniului abației.

Cea de-a doua mențiune – de această dată sigură - privind satul Tarcea datează din anul 1326. La 1 iulie regele Carol de Anjou donează prin diploma emisă la Visegrad localitatea Tarcea și Apáti respectiv vama din Nagymihály (Valea lui Mihai) lui Grigore, fiul lui Laurențiu, excluzându-i din această donație pe ceilalți frați ai lui, Rupert și Serephel. Având în vedere că vama menționată i-a fost donată în anul 1312, este verosimil ca și cele două sate să fi ajuns mai devreme în posesia lui:

Nos Karolus dei gratia rex Hungarie, memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis magistri Gregorii filii Laurentii, quasdam possessiones APATY et **TARCHA** vocatas, ac tributum in Nogmihaly exigendum, ipsi Gregorio, exceptis aliis fratribus suis uterinis et proximis, dedimus donavimus et contulimus, perpetuo in filios Illiorum suorum possidendas et habendas; unde volumus, et vobis palatino, iudici curie nostre et comitibus parochialibus, iudicibus nobilium et aliis iustitiariis nunc et pro tempore constitutis, firmiter precipimus et districte per presentes, quatenus quandocunque vei quicunque ipsum magistrum Gregorium pretextu possessionum Apaty et **Tarcha** vocatarum et tributi in Nogmihaly exigendi, et specialiter Rubert et Serefel fratres eiusdem, in vestram citando presentiam, portionem ex ipsis possessionibus et tributo petere aut requirere voluerint, aut causam movissent vei moverent in vestri presentia contra ipsum, iudicare aut iudicio vestro astare compellere nullatenus presumatis, sed eidem Gregorio et heredibus suis iuxta nostram collationem pacifice et quiete permittatis possidere tributum et possessiones antedictas. Datum in Wissegrad, tertio die post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo sexto.

Acest Grigore era membru al familiei Nagymihályi din neamul Turul, iar donația i-a fost făcută pentru faptele de vitejie prin care s-a remarcat la luptele de la Rozgony, împotriva lui Matei Csák și a lui Ioan fiul lui Ladislau fiul lui Toma. În anul următor, la 17 martie, donația asupra celor două sate, Tarcea și Apáti, a fost întărită de rege, în formă de diplomă privilegială. De aici aflăm, că satele se aflau inițial tocmai în proprietatea lui Ioan fiul lui Ladislau fiul lui Toma, care le-a pierdut datorită infidelității față de rege:



Karolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et honoris ac montis sancti angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentium notitiam habituris, salutem in omnium salvatore. Grata subditorum obsequia grata debent premia reportare, ut qui fideles sunt, fideliores existant, et ceteri exemplo eorum ad fidelitatis opera exercenda devotius incitentur. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod magister Gregorius filius Laurentii de Nogmihaly fidelis noster, ad nostram accedens presentiam, exhibuit nobis quasdam literas nostras patentis tenoris infrascripti, petens nos humiliter et devote, ut ipsas literas nostras in formam privilegii redigi facere

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

et nostro dignemur privilegio confirmare; quarum quidem literarum nostrarum tenor talis est: Nos Karolus (...) Nos igitur iustis et legitimis petitionibus eiusdem magistri Gregorii filii Laurentii fidelis nostri diligenter auditis, revocatisque in memoriám nostre maiestatis fidelitatum preclaris meritis et servitiis meritoriis eiusdem, que nobis in nostris et regni nostri negotiis et agendis plurimum opportunis et admodum necessariis, locis continuis et temporibus debitis, a toto eo tempore quo ad serenissimum culmen regiminis Hungarie de clementia supremi creatoris, in cuius manu principatum potestates et omnium regnorum iura consistunt, feliciter accessimus gubernandum, presertim quod nobis in prelio seu conflictu sub Cassa habito, quando Matheus de Trinchen notorius et capitalis noster et regni nostri infidelis, nefaria presumptione bellum nobiscum committere minimé formidavit, in quo etiam conflictu Joannes filius Ladislai filii Thome infidelis regni nostri contra nostram irruerat celsitudinem, ubi predictus Gregorius pro fidelitate regie corone observanda, strenue se periculo mortis opponere non formidavit; consideratis etiam multimodis suis servitiis que incessanter nobis exhibuit et impendit, que presentibus inseri facere propter sui pluralitatem tediosa, multaue (forent) enarrare, predictas literas nostras patentes in nulla sui parte vitiatas, de verbo ad verbum presentibus insertas, simul cum donatione eidem facta, approbamus acceptamus ratificamus, et predictas possessiones APATY et **TARCHA** vocatas in comitatu Bihariensi constitutas, tam per nostram maiestatem ipsi Gregorio per se, exceptis fratribus suis aliis donatas et collatas, quam ordine iudiciario pro iniuriis et nocumentis per Joannem filium Ladislai filii Thome eidem Gregorio et ad ipsum pertinentibus illatis et irrogatis ad eundem devolutas, prout in literis super hoc emanatis, per sepedictum Gregorium nobis exhibitis, plenius vidimus contineri, que videlicet **possessio Tarcha** nominata tamquam hominis sine herede decedentis ad nostram collationem devoluta et eidem Joanni primum donata fuerat et collata, sed postmodum pro sua infidelitate ab ipso et . . . tamquam malemeritis ablata, cum prenotata, et ipsi magistro Gregorio donata extitit et collata, sub metis antiquis et terminis quibus per priores possessores suos habite eedem et possesse extiterunt, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis suis universis, prescripto Gregorio tantum, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, nove donationis nostre titulo, perpetuo et irrevocabiliter possidendas et habendas presentis privilegii nostri patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriám perpetuamque firmitatem, presentes concessimus literas nostras privilegiales, novi et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree, Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo septimo, decimo sexto kalendas aprilis, regni autem nostri anno similiter vigesimo septimo; venerabilibus in Christo patribus dominis Boleslao Strigoniensi, et fratre Ladislao Colocensi archiepiscopis, Joanne Nitriensi, Georgio Syrmiensi, Iratre Petro Boznensi, Iwanka Varadiensi, Benedicto Chanadiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Henrico Wezprimiensi, Nicolao Jauriensi, Chanadino Agriensi, et Andrea Transsilvano episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino. Mykch bano totius Sclavonie, Demetrio magistro tavernicorum nostrorum regalium, Bachiensi et Trenchiniensi comite, Alexandro iudice curie nostre, Thoma vayvoda Transsilvano et comite de Zonuk, Paulo bano de Machou comite Syrmiensi, Joanne magistro tavernicorum domine regine consortis nostre charissime, Deseu iudice curie eiusdem, Stephano magistro agazonum, Dionysio magistro dapiferorum nostrorum, et Nicolao comite Psoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Un alt document aruncă însă o lumină diferită asupra localității sau a unei părți a acesteia și a mai vechilor proprietari. Cu doar o zi în urmă, pe 16 martie 1327 regele Carol I. dispune conventului din Dealul Orășii parafarea actului de partaj dintre membrii neamului Gutkeled (ramura Adonyi), și anume între Leukeus și Iacob, precum și Nicolae, Toma și Ștefan – toți fii lui Iwanka, pe de o parte, respectiv Ioan fiul lui Iwanka, fiul lui Cozma (din ramura Pelbárthidi) pe de altă parte. Conform partajului, Ioan lasă jumătate din posesiunea Tarcea și satul vecin



	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZĂRII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

Ragald fraților lui, cu mențiunea că aceștia vor trebui să redobândească efectiv bunurile din Tarcea – aflate atunci în mâinile altora -, el asumându-și sprijinul prin punerea la dispoziție a documentelor doveditoare aflate în posesia lui.





Tarcea în cartarea iozefină

Probabil după ce s-a aflat despre donația făcută către Grigore Nagymihályi, localitatea a fost revendicată de membrii neamului Gutkeled. Astfel, Leukeus și Iacob, fii lui Nicolae, fiul lui Iwanka au obținut pe 27 aprilie 1327 de la regele Carol Robert o diplomă privind drepturile lor asupra satului Tarcea. Reprezentantul conventului din Dealul Orăzii a fost trimis la fața locului pentru a valida actul.

Pe 10 iunie 1337 dijma episcopală plătită de satele Tarcea și Apăti devine subiect de dispută între episcopia romano catolică a Transilvaniei și cea a Orăzii, reprezentanții comitatului Sătmar mărturisind că ele aparțineau dintotdeauna de Sătmar și ca atare dijma trebuie plătită episcopiei ardelene.



În 1338 familia Nagymihályi din neamul Turul și arhiepiscopul de Strigoni, Csanád din neamul Csanád sunt amintiți împreună ca posesori ai localității. La 28 mai palatinul Paul ordonă determinarea hotarelor satului Tarcea, proprietatea celor menționați, și clarificarea porțiunilor aparținătoare celor doi respectiv fiilor lui Iwanka (din neamul Gutkeled) dinspre Ragald (localitate dispărută, între Endrid și Sălacea). Aflăm astfel, că partea vestică a satului Tarcea i-a revenit lui Grigore Nagymihályi și fiilor acestuia, iar partea de pe malul estic al Ierului

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

arhiepiscopului. Documentul fiind cea mai importantă sursă medievală privind topografia localității, redăm integral textul lui:

Nos comes Paulus iudex curie excellentissimi et magni-fici principis domini Karuli dei gracia illustris regis Hungarie memorie commendantes significamus tenoré presencium quibus expedit universis, quod cum venerabilis in Christo pater dominus Chanadinus dei et apostolica grácia archiepiscopus Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus Gregorius filium Laurency de Nagmihal legitime citacionis modum observando mediantibus literis honorabilis capituli ecclesie Waradiensis citatoris anno dominice incarnationis Millesimo trecentesimo tricesimo sexto ad octavas festivitatis Omnium Sanctorum contra se ad regiam presenciam in causam attraxisset, ipso termino occurrente discretus vir Simon decanus legitimus procurator eiusdem domini archiepiscopi ad nostram accedens presenciam contra ipsum Gregorium filium Laurency in figura nostri iudicy proposuerat eo modo, quod quedam **possessio Tarcha** vocata in comitatu Byhoriensi iuxta fluvium Eer adiacens prefato dominó archiepiscopo et ipsi Gregorio communiter attineret, in qua quidem possessione tantummodo in locis sessionalibus divisionem inter se haberent alie vero utilitates eiusdem possessionis scilicet terre arabiles fenilia silve et piscine ad eandem spectantes nondum divisioni per ipsos apposite extitissent, sed predictus dominus archiepiscopus pro eo ipsum Gregorium filium Laurency ordine iudiciario in causam attraxisset eo quod premissas utilitates iam nominate **possessionis Tarcha** divisioni apponere vellet iusticia mediante, quo audito Nicolaus magnus pro eodem Gregorio filio Laurency cum procuratoris literis religiosi conventus sancti Stephani de promontorio Waradiensis exurgendo re-sponderat e converso, quod licet prefata **possessio Tarcha** in locis sessionalibus ut premittitur divisa existat, tamen alias utilitates eiusdem premissas prefatus Gregorius filius Laurency animo benivolo in termino per nos dato iuxta regni consuetudinem divisioni apponere promptus esset et paratus ; unde quia reambulaciones possessionum et divisiones absque homine regio et testimonio capituli aut conventus secundum approbatissimam legem regni de iure fieri non possunt, ideo cum predicto conventui ecclesie sancti Stephani de promontorio Waradiensis scripsissemus ut ipsi hominem eorum pro testimonio fide dignum transmitterent coram quo homo regius infranominandus convocatis vicinis universis et commetaneis eiusdem possessionis circumquaque existentibus in die medie Quadragesime ad faciem dicte **possessionis Tarcha** accederet et prenominatas utilitates eiusdem videlicet terras arabiles fenilia silvas et piscinas absque locis sessionum prenotatis que procuratores parcium dudum divisioni per easdem appo-sita retulerunt in duas partes dividerent coequales quarum quidem utilitatum rectam dimidietatem ipsi dominó archiepiscopo aliam vero dimidietatem earumdem utilitatum iamdicte possessionis prefato Gregorio filio Laurency statueret perpetuo et irrevocabiliter possidere tenere et habere si per aliquos vei aliquem non fieret contradictum contradictores autem si qui fierent in divisione prenotata ad quindenae supradicti diei medy Quadragesime contra prefatos dominum archiepiscopum et Gregorium filium Laurency citaret in presenciam regie maiestatis, partes autem si super particulis terrarum vei distincionibus metarum inter se discordarent vei aliqui aly contradicerent extunc idem homo regius et testimonium dicti conventus particulas contenciosas vei particulam iuxta pre-missum modum regni regali mensura mensurando signis pro metis positus consignando estamaret et seriem tocuis facti cum nominibus citatorum separacionibus et distincionibus metarum estimacione et divisione predictus conventus a dictas quindenae diei medy Quadragesime fideliter rescribe-ret regie maiestati, tandem memoratus conventus regie re-scripserat maiestati eo modo, quod Jako de Hodus homo domini regis presente Petro de Leleez dicto testimonio eorum convocatis vicinis universis et commetaneis predictae possessionis Tarcha circumquaque existentibus ad faciem eiusdem accessisset et ipsam **terram Tarcha** a parte possessionis Pauli dicti Nakas Kynche et a parte possessionis predicti Gregory filii Laurency Nagmihal ac a parte possessionis ipsius domini archiepiscopi Apáti vocatarum per veteres metas et antiquas novas eciam iuxta veteres erigendo inferius declarandas nullo contradictore existente reambulasset, et cum a parte possessionum Nicolai Stephani Thome Leukus et Jakch filiorum Iwache filii Odon, Odon et Ragald vocatarum eandem **terram Tarcha** reambulare voluisset, ydem filii Janche legitime vocati non venissent nec misissent et ob hoc prefatam divisionem facere nequisset, pro eodem dominó archiepiscopo Strigoniensi discreto viro dominó Johanne archidiacono Gumeriensi cum sufficientibus procuratoris literis comparente; cursus autem metarum quibus predicta **terra Tarcha** a terra Pauli dicti Nakas Kynche vocata separatur ut in literis eiusdem conventus reperiebatur est talis: quod primo incipit a parte occidentali a loco ubi ipsa **terra Tarcha** iungit eandem terram Kynche a duabus terreis metis antiquis, et ab eisdem venit ad unum monticulum Lywkashalm vocatum ubi sunt tres mete terre antique angulares **possessiones Tarcha** Kynche et Nagmihal ab



	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---



invicem separantes, de quibus vertitur versus orientem et eundo parum venit ad duas metas terreas antiquas de quibus ad eandem partem eundo transit sex metas terreas singulares et venit ad tres metas terreas antiquas angulares prope quandam viam que de Peturi ducit versus Semien existentes ubi eadem **terra Tarcha** a terra Nagmihal separatur et iungit terram Apaty vocatam, de quibus flectitur versus meridiem et pervenit ad duas metas terreas in subpede cuiusdam montis iuxta quendam rivulum Furrowpatakfew vocatum existentes, deinde versus eandem partem transit fluvium Chegze arondinosum et venit ad unam metam terream, deinde adhuc ad eandem partem venit ad quatuor arbores piri ubi sunt due mete terree, et ab eisdem eundo cadit in fluvium Erwyze vocatum in quo





Tarcea în cea de-a doua ridicare topografică militară

transeundo circuit quandam silvam **ad terram Tarcha** pertinentem et venit ad unum monticulum Farkashalm vocatum ad duas metas terreas ubi ipsa terra Tarcha iungit terram predictam Odon vocatam, ubi prenominati filii Iwanche legitime vocati et tribus diebus continuis expectati non venissent nec misissent; et ob hoc cum eosdem filios Iwanche idem homo regius sub testimonio dicti conventus in predicta possessione eorum Odon vocata contra ipsum dominum archiepiscopum Strigoniensem ad predictas quin-denarum medietates Quadragesime ad presenciam regie maiestatis citasset et ipsa causa propter termini prioritatem ad octavas festi Pentecostes immediate tunc subsequentes prorogata extitisset, ipso termino occurrente prenominate magistro Johanne archidiacono Gumuriensi legitimo procuratore eiusdem domini archiepiscopi rationem absentacionis eorumdem filiorum Iwanche assignari et metas prelibate **possessionis Tarcha** a parte possessionum eorumdem ut eiusdem **possessionis Tarcha** utilitatum divisio inter ipsos dominum archiepiscopum et Gregorium filium Laurency fieri posset extradari postulante, predictus Thomas filius Iwanche personaliter pro prelibatis autem Nicolao Stephano Leukus et Jakch filii eiusdem Iwanche Petrus cum procuratoris literis predicti conventus sancti Stephani astando nullam premissam absentacionis eorum rationem assignando metas ex parte suarum possessionum Odon et Ragald predictarum pluries dicte **possessioni**





	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<p style="text-align: center;"><b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b>          A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL          PENTRU COMUNA TARCEA</p>	
---	--	--	---

**Tarcha** et quarum-libet suarum utilitatum se extradaturos assumpmebant iuris moderamine mediante; cumque eosdem filios Iwanche eo quod reambulacioni dictarum metarum interessé et metas a parte suarum possessionum extradare non curarant in iudicium trium marcarum convictos fore decernentes sepedicto conventui sancti Stephani de promontorio Waradiensi scripsis-semus, eorum amiciciam postulantes ut ipsi hominem eorum pro testimonio fide dignum transmitterent quo presente Nicolaus de Mezeu homo regius in octavis beati Jacobi apostoli ad faciem dicte **possessionis Tarcha** accedendo presentibus ipsis filys Iwanche et alys si qui forent convocatis metas eiusdem **possessionis Tarcha** a parte possessionum ipsorum filiorum Iwanche Odon et Ragald predictarum iuxta veteres metas et antiquas reambularet factaque reambulacione inter memoratos domiiium archiepiscopum et Gregorium utilitates sepedicte **possessionis Tarcha** iuxta formám prioris nostre adiudicacionis in duas divideret partes coequales quarum quidem utilitatum dimidietatem prescripto dominó archiepiscopo aliam vero dimidietatem prefato Gregorio filio Laurency statueret perpetuo possidendas si per ipsos filios Iwanche vei alios non foret contradictum, ipsi autem fily Iwanche si in aliqua térre particula contradictores apparerent in termino inferius declarando absque aliquali citacione coram nobis comparerent, alios autem si qui contradictores extiterent contra eundem archiepiscopum ad nostram citaret presenciam ad terminum infrascriptum, si vero partes prenotate super aliqui-bus terrarum particulis vei metarum distinccionibus discor-darent extunc easdem contenciosas térre particulas idem homo regius sub testimonio dicti conventus iuxta regni consvetudinem estimaret et seriem premissorum partes ad quindenas ipsius festi beati Jacobi apostoli in literis dicti conventus nostro iudiciario examini reportarent, tandem adveniente termino separacionis metarum predictarum dum Nicolaus de Mezeu homo regie maiestatis unacum fratre Ambrosio testimonio dicti conventus ut per literas eiusdem conventus informabamur ad faciem dicte **possessionis Tarcha** accedendo prelibatis filys Iwanche presencialiter adherentibus aliorumque quos decebat convocacionibus factis metas eiusdem **possessionis Tarcha** per suas antiquas distincciones iuxta demonstracionem magistri Bekew legitimi procuratoris prescripti domini archiepiscopi reambulasset et ab invicem separare voluisset, prenominati fily Iwanche dicte reambulacioni consensum adhibere recusantes ad alias metarum ostensiones ipsum hominem domini regis testimoniumque dicti conventus addu-xissent et sic ipsis concordare in ipsarum metarum demonstracione nequeuntibus propter fortitudinem eiusdem contenciose térre iam mensurare nequivissent sed sicut aspectui eorum et aliorum proborum virorum constare potuisset mille iugera terrarum continere decrevissent; cuius altercacionis et aliarum obligacionum discussio ob regium preceptum ad quindenas residencie regalis exercitus quem contra australes mo-vere intendebat, et dehinc parcium voluntate mediante ad octavas medy Quadragesime nunc preteritas fuisset protelata, tandem ipsis octavis medy Quadragesime occurentibus prenominatus dominus archiepiscopus personaliter ab una parte, item prelibati Nicolaus Leukus et Jakch fily Iwanche fily Odon pro se personaliter ac discretus vir magister Paulus canonicus ecclesie Waradiensis pro Thoma filio eiusdem Iwanche cum procuratorys literis capituli eiusdem ecclesie Waradiensis item Stephanus dictus Og pro Stephano filio eiusdem Iwanche cum procuratorys literis sepefati conventus sancti Stephani de promontorio Waradiensi ex altera ad nostram accedentes presenciam primum a nobis pactandi ob-tenta facultate, prenominati Nicolaus Leukus et Jakch ac legitimi procuratores dictorum Thome et Stephani nomine eorundem predictam contenciosam térre particulam sub ipsis signis metis et terminorum distinccionibus sub quibus per prenominatum hominem domini regis testimoniumque dicti conventus prenominata **possessio Tarcha** iuxta demonstracionem prius nominati magistri Bekew procuratoris sepius dicti domini archiepiscopi fuerat reambulata et a possessionibus Odon et Ragald vocatis ultimatum distincta, excepta qua-dam particula eiusdem térre contenciose angulatim se ad possessionem Ragald extendente, eidem dominó archiepiscopo et per eum suis successoribus reliquerunt et resignarunt perpetuo pacifice et quiete salvo iure alieno possidendam tenendam et habendam, quam quidem terram angularem versus Ragald circuitum faciendo se extendentem quam eciam ad ipsam **possessionem Tarcha** pertinere asserebant et presente eodem Nicolao de Mezew homine regio ipse magister Bekew primitus resignare eisdem intendebat si ibidem concordare potuis-sent, eisdem filys Iwanche ipse dominus archiepiscopus remi-sit et resignavit, et de honere iudiciali in quod idem Nicolaus filius Iwanche iuxta suam propriam obligacionem in presencia dicti conventus sancti Stephani usque ad amissionem possessionum suarum et persone mediantibus literis eiusdem conventus factam incidere poterat coram nobis, totalem porcionem suam eidem Nicolao filio Iwanche salva porcione nostra de eodem onere remanente relaxavit coram nobis; et quia prenominarum metarum reambulaciones et distincciones per hominem regie maiestatis testimoniumque iamdicti conventus ad pacificabiliorum conservanciam debebant innovari, ide cum sepius dicto conventui sancti Stephani scribendo per Jakow magnum de Hodus hominem regium sub testimonio eiusdem conventus in dominica proxima ante festum Ascensionis domini supradictam possessionem Tarcha convocatis

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

commetaneis et vicinis universis iuxta distinccionem suarum metarum sub quibus per prenomiatum Nicolaum de Mezew hominem regium testimoniumque dicti conventus iuxta de-monstracionem dicti magistri Bekew legitimi-procuratoris se-pedicti domini archiepiscopi primitus fuerat reambulata et a possessionibus eorundem filiorum Iwanche, excepta ipsa angulari terra ipsis filys Iwanche ut premisimus resignata ad ipsam Ragald se extendenti, distincta circa veteres novas erigendo contradiccione ipsorum filiorum Iwanche obviare non valente cum suis utilitatibus universis eidem dominó archiepiscopo perpetuo statui ipsamque particulam térre angularem ad ipsam Ragald se extendentem ipsis filys Iwanche novis metis separando relinqui et tocius facti seriem cum cursibus metarum ad octavas eiusdem diei dominice per ipsum conventum regié celsitudini rescribi facere commissemus, tandem memoratus conventus in suis literis regié rescripsit maieitati in hac forma, quod pretactus Jakow magnus de Hodus homo domini regis et religiosus vir fráter Petrus presbiter custos predictae ecclesie eorundem ad premissa exequenda per ipsum conventum in testimonium transmissus in predicta dominica proxima ante festum Ascensionis domini proxime preterita unacum discreto viro magistro Johanne archidiacono Gumuriensi cum literis procuratoris honorabilis capituli Strigoniensis ecclesie pro parte dicti domini archiepiscopi ab una, parte vero ab altéra unacum Stephano et Leukus filys Iwanche fily Odúm ipsoque eciam Leukus pro Thoma et Jakch fratribus suis cum sufficientibus literis procuratoris pro Nicolao autem fratre eorum Jacobo dicto de Durug similiter cum procuratoris literis dicti conventus pro ipsorum parte comparentibus ad faciem dicte **possessionis Tarcha** vocate pariter accessissent et eandem iuxta distincciones suarum metarum sub quibus per Nicolaum de Mezew hominem regium ac religiosum virum fratrem Ambrosium testimonium eorum iuxta demonstracionem magistri Bekew legitimi procuratoris ipsius domini archiepiscopi primitus fuerat reambulata et a possessionibus eorum filiorum Iwanche Odon et Ragald vocatis, excepta tamen quadam particula térre angulari eisdem filys Iwanche resignata ad ipsam possessionem Ragald se extendenti \*) circa veteres novas metas inferius declarandas erigendo ydem fily Iwanche et eorum procuratores antedicti nullo penitus contradictore existente eidem dominó archiepiscopo statuissent perpetuo possidendam, ipsam particulam térre angularem ad eandem Ragald se extendentem eisdem filys Iwanche novis metis separatam relinquendo; cursus autem metarum quibus ipsa **terra Tarcha** a predictis possessionibus Odon et Ragald nominatis prout in eisdem literis dicti conventus reperimus contineri seperatur talis est: primum enim incipit a subpede cuiusdam monticuli Farkashalm vocati iuxta ripam fluvy Eerwyz dicti a duabus metis terreis, de quibus versus occidentem iuxta ripam eiusdem fluvy venit ad arborem salicis meta terrea circumfusam, de qua partim reflectitur versus meridiem transit unam metam terream et venit ad locum Sarwarfuk vocatum et transeundo ibidem ipsum fluvium versus occidentem venit ad unam metam terream, de qua vergit versus eandem partém occidentalem transit quasdam metas terreas currentes et pervenit ad fluvium Kuzeper nominatum ad arbores ry thk afa vocatas ubi est una meta terrea, et transeundo ipsum fluvium reflectitur versus meridiem et venit ad duas metas terreas antiquas, de quibus eundo versus occidentem per quasdam metas singulas et currentes transit fluvium Eer ubi in angulacione eiusdem venit ad duas metas terreas, deinde versus eandem partém per quasdam metas percurrendo per quandam vallem ascendit ad verticem montis ad tres metas terreas antiquas, de quibus versus septemtrionem venit iterum ad alias tres metas terreas antiquas, et abhinc transeundo venit ad monticulum Lykashalm vocatum ad tres metas antiquas angulares ubi iungitur térre Nagmihal vocate; verum quia prenominata **possessio Tarcha** in predicta priori reambulacione ex parte térre Pauli dicti Nyakas Kynche vocate metis superius scriptis per hominem regium sub testimonio conventus sancti Stephani de promontorio Waradiensi nemine contradictore existente separata fore dinoscebatur, et demum predicti fily Iwanche premissam contenciosam particulam excepta quadam particula térre angulari se ad dictam possessionem Ragald extendente eidem dominó archiepiscopo coram nobis resignasse et postmodum sub premissis distinccionibus metarum presente homine regio testimonioque eiusdem conventus eidem dominó archiepiscopo statuuisse reperiebantur, et ex eo prelibata possessio Tarcha predictis metis undique circumdata et a predictis possessionibus Kynche Odon et Ragald sequestrata fore ex serié pre-missarum literarum conventus sancti Stephani agnoscebatur, ideo eandem **possessionem Tarcha** sub cursibus predictarum metarum eisdem dominó archiepiscopo et Gregorio filio Laurency eo iuris titulo et ea plenitudinis quantitate quemadmodum ipsis dinoscitur pertinere, excepta predicta particula térre angulari se ad dictam Ragald extendente et predictis filys Iwanche resignate adiudicamus sine preiudicio iuris alieni perpetuo possidendam, eadem particula térre angulanti se ad dictam Ragald extendente et predictis filys Iwanche resignata eisdem filys Iwanche salva remanente. In cuius rei memóriam perpetuamque firmitatem presentes literas nostras concessimus privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wysegrad, duodecimo die termini ultimé reambulacionis serié prenotate, anno domini Millesimo trecentesimo tricesimo octavo.

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

În 15 mai 1351 palatinul Toma dispune acordarea dreptului de proprietate asupra satelor Tarcea și Apăti magistrului Marot Olaszi Czine și nevestei lui, Margareta. Înainte de aceasta posesiunea a fost hotărnicită tot din porunca lui, în urma uciderii lui Emeric, fiul lui Petru, în procesul care a avut loc între Grigore Nagymihályi din neamul Turul și fii acestuia: Leukeus și Gheorghe, fii lui Petru Nagymihályi: Ladislau și Iacob Chynkus, fii lui Sol: Andrei și Turul, respectiv Laurențiu fiul lui Laurențiu. În cursul procesului Marot a dovedit cu diploma emisă de capitulul din Dealul Orăzii că Grigore i-a dăruit satul Tarcea odată cu mariajul dintre el și fiica lui Grigore, Margareta, cu acceptul tuturor fraților Margaretei.



Judecând din documentele din anii 1350-70, fii lui Grigore au ținut să răscumpere localitatea și în acest scop au luat un împrumut de 200 de florini de la Ladislau fiul lui Ioan Báthori. Astfel pe 2 iunie 1355 membrii neamului Turul convin ca peste 12 ani să regleze problema celor 200 de florini împrumutați pentru răscumpărarea satului Tarcea de magistrul Ladislau fiul lui Ioan.

La 1 iulie 1357 Ladislau fiul lui Ioan Lengyel (Kissemjéni) infirmă acuzele făcute de magistrul Toma, fiul lui Nicolae Vásári, cum că în urmă cu patru ani ar fi comis un furt pe moșia din Tarcea a lui Toma Vásári. Pe acest Toma îl identificăm cu banul Croației din 1367.

Pe 18 septembrie 1358 Tarcea apare într-un document în care membrii familiei de Ip (Nicolae Ippi și tatăl său, Ioan, Nicolae fiul lui Rupert Ippi, și fiul acestuia, Andrei) respectiv fii lui Grigore Széplaki (Nagymihályi) (ambii aparținând neamului Turul – E.T.) zălogesc două sate din comitatul Solnoc lui Ladislau fiul lui Ioan Báthori pentru 500 de florini și alte 200 florini plătiți pentru răscumpărarea satului Tarcea:

(In Iteris) capituli ecclesie Waradiensis feria tertia. proxima post festum Exaltationis sancte crucis, anno Domini Millesimo CCCmo quinquagesimo octavo (emanatis) inter alia sic habebatur: quod constituti coram dicto capitulo Waradiensi Johannes filius Serefyl de Iph et Nicolaus filius eiusdem, necnon Nicolaus filius Ruberti de eadem Iph pro se personaliter et pro Andrea filio suo, assumptendo omne honus et gravamen super se, quod posset ex parte eiusdem Andree successu temporum provenire, item Leukus, Turul presbyter, Gregorius et Stephanus filii Gregorii filii Laurentii de Zeplak presentialiter ab una parte, ex altera vero vir nobilis magister Ladislaus filius Johannis filii Briccii de Batur, dixissent et retulissent coram dicto capitulo Waradiensi viva voce, quod cum idem Johannes filius Serefyl, Nicolaus filius Ruberti et filii eorumdem ac filii Gregorii quasdam possessiones eorum, Zanuk videlicet et Chalanus vocatas, in comitatu de Zonuk existentes, olim sub anno Domini Mmo CCCmo quinquagesimo quinto, a feria tertia proxima ante festum pretiosissimi Corporis Christi incipiens per spatium temporis sex annorum tunc proxime et per consequenteroccurrentium magistris Jakch filio Thome de Kusal et Nicolao filio Anyás de Dedach pro quingentis florenis iuxta continentiam aliarum literarum predicti capituli Waradiensis pignori obligassent, caventes iidem, ne ipsa pecunianon soluta eedem possessiones periclitarentur et ad extraneos transirent possessores, casus fortuitos providendo, easdem possessiones Zanuk et Chalanus vocatas, in duabus partibus eosdem filios Gregorii, in tertia vero parte prenomatos Johannem filium Serefyl, Nicolaum filium Ruberti et filios eorumdem contingentes, cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis earumdem universis, sub eisdem veris metis, sub quibus possesse extitissent ab antiquo, et iuxta continentiam privilegii condam domini Stephani inclyte reoordationis, regni Hungarie regis, super eisdem possessionibus confecti, cuius tenorom (per) idem capitulum inclusum sub sigillo iidem nobiles eidem Ladislao necessario fuissent daturi, a die eompletionis predictorum sex annorum, quo eedem possessiones a iurisdictione seu dominio eorumdem magistrorum Jakch et Nicolai liberarentur, usque tertiam decimam revolutionem annualem, hoc est per spatium temporis duodecim annorum integrorum a tunc immediate subsequentium, pro quingentis florenis, mediantibus quibus idem magister



	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZĂRII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

Ladislau predictas possessiones Zanuk et Chalanus dominio suo titulo impignorationis subdendas completis eisdem sex annis a predictis magistris Jakch et Nicolao redimere assumpsisset, necnon pro ducentis florenis aureis quos idem magister Ladislau extunc coram eodem capitulo eisdem filiis Gregorii precise in redemptionem cuiusdam **possessionis eorum Tarcha** vocate integraliter persolvisset, sepefato magistro Ladislao filio Johannis sub conditionibus infrascriptis sponte conducenti impignorassent coram ipso capitulo, per eosdem duodecim annos et non pauciores possidendas et habendas, fructusque et utilitates ac quaslibet obventiones percipiendas earundem et in usus proprios convertendas, introducendo eundem magistrum Ladislau extunc vigore dictarum literarum prelibati capituli in pacificum dominium predictarum (possessionum); insuper sumptus seu expensas ratione medietatis possessionis Z[e]plak per eundem magistrum Ladislau quovismodo faciendas, iidem filii Gregorii distinctim per se, in ea quantitate quam idem magister Ladislau, deposito solo se coram ipso capitulo Waradiensi iuramento, eidem magistro Ladislao absque portionē iudicis, ante litis ingressum cum prompta pecunia, prestito dicto sacramento, (in termino) per ipsum capitulum assignando, coram eodem capitulo solvere tenerentur.

Plata sumei de 200 de florini rămâne însă nerezolvată, magistrul Ladislau Báthori reclamă neplata ei pe 6 iulie 1370.



În 1363 și apoi în 1364 iobagii fratelui arhiepiscopului (Nicolae Vásári?) Toma, din Vășad, Tarcea și Apăți sunt somați să nu utilizeze pământurile vecine ale familiei Kissemjéni (din neamul Balogsemjén). Toma Vásári a fost fratele arhiepiscopului Nicolae Vásári, care la rândul lui a fost nepot al arhiepiscopului de Strigoni, Csanád, în consecință se pare că a moștenit porțiunile satului Tarcea aflate anterior în posesia lui Telegdi Csanád.

Regele Sigismund de Luxemburg donează în 1403 magistrului Ioan Tapsonyi, viceban al Slavoniei o serie de posesiuni confiscate de la fii lui Toma Rupolyi, Ștefan și Ioan, din cauza infidelității lor, printre care satele Vășad, Tarcea și Apăți.


În cursul secolului al XV-lea se pare că vechii proprietari ai localității au dispărut, Tarcea ajungând în posesia unor mici nobili, ca familia Borsi, Félegyházi sau Szepesi.

În 1466 se derulează un proces între Toma Zólyomi și Valentin Szakolyi privind satul Tarcea și alte posesiuni date în zălogire.

Nos capitulum ecclesie Waradiensis memorie commendamus, quod cum juxta continenciam litterarum viri magnifici domini Michaelis Orzag de Grwth, regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum adjudicatoriarum juramentarium, Thomas Zolyomi dictus de Zekelew contra egregium Valentinum de Zakol tricesimo secundo die festi beati Michaelis archangeli proxime preterito duodecimo se nobilibus super eo videlicet, quomodo circa festum Purificacionis beate Marie virginis proxime preteritum nobilis domina Margaretha, relicta condan Johannis Erdeg de Chama, ex voluntate et in nomine ipsius Thome fratris sui per Georgium Wran, Ladislau et Johannem de Kereky, Nicolaum Fodor de Banhaza familiares, item Pauluni Kowach de Semyen, Nicolaum Sobor, Georgium Paczay de Olthoman et Paulum familiarem eiusdem Georgii de Wran predicta quasdam possessiones, videlicet **Tharcha, Apathy, Kewrew, . . . nlak et Zeplak** vocatas, in comitatu Bihariensi existentes et habitas, annotatum Valentinum de Zakol titulo pignoris concernentes, a manibus dicti Valentini minus juste et indebite pro se occupari non fecisset, occupatasque minimé teneret et conservaret etiam de presenti, universos fructus et proventus earundem pro se recipi, easdemque possessiones depopulari non fecisset potencia mediante, et quod ipse Thomas in huiusmodi actione dicti Valentini innocens sit et existat penitus et immúnis, sacramentum prestare debuisset coram nobis. Quo termino instanté prefato Thoma Zolomy personaliter, pro annotato vero Valentino de Zakol Laurencio Dancz de Soklo cum procuratoriis litteris honorabilis capituli ecclesie Orodienis coram nobis constitutis, sponte sunt confessi in hunc modum: quomodo ipsi prescriptam juramentalem deposicionem annotati Thome de parciium voluntate ad tercium diem festi beati Andree apostoli proxime venturum sub forma fiende pacis prorogassent, ymo prorogarunt coram nobis eo modo, ut tunc ambe partes bic Waradiny compareant, et si causa in premissa concordare poterint,

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZARII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

bene quidem, alioquin idem Thomas eodem die prescriptum suum juramentum contra annotatum Valentinum duodecimo se nobilibus deponere teneatur coram nobis, testimonio presencium mediante. Datum feria quinta proxima ante festum Omnium Sanctorum, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.



În 1503 porțiunile din Tarcea ale lui Ladislau Erdohegyi, decedat fără moștenitori, au ajuns în posesia vistiernicului Ștefan Telegdi.



Pe 16 august 1524 Paul fiul lui Blasiu Ártándi se înțelege cu Luca fiul lui Benedict Kismarjai ca în cazul decesului său fără urmași posesiunile lui, printre care Tarcea și Apáti revin lui Luca.

La 3 iulie 1593 Sigismund Báthori, principele Transilvaniei donează lui Ioan Imreffy Szerdahelyi dijma percepută după satul Tarcea, pentru meritele sale.

În 1612 Ecaterina Hobordanczki, văduva lui Nicolae Sennyei respectiv nevasta lui Mihai Károlyi, Barbara Sennyei protestează împotriva văduvei lui Ioan Imreffy Szerdahelyi, Ecaterina Iffju și fiul ei, Mihai pentru ca aceștia să nu pună mâna pe posesiunile lor, printre care se afla și Tarcea.

În 1614 principele Gabriel Bethlen donează toate veniturile de dijmă după localitatea Tarcea lui Mihály Károlyi și nevastei acestuia, Barbara Sennyei.

Documentele medievale ne-au păstrat câteva nume de familii din Tarcea: 1501. (L. o. lt. Beres. F. 14. No. 5.) Kaytar; Litteratus Michael. — 1520. (L. o. lt. Stat F. No. 55.) M: Kys. — 1569. (Dec., bor) Adan, Agoston, Babos, 3 Bako, 3 Bakonnyas, Bedeo, 3 Byro, 3 Ceke, Chyatho,

	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZĂRII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

Cepey, Dekan, Felföldy, 2 Phwlop, Georgfy, Isoh, Isthwan, Jacab, Jog, 5 Jollako, 2 Kalmar, Kerekes, Keres, 2 Kyraly, Kochys, Kozmane rltă, Lay, Lenarth, Moh, 3 Nagy, Nemes, 3 Oltomany, Roka, Tamasy, Tolway, Torok, 2 Vgray; Bayri, 2 Bedereg, Cyoro, 2 Poretos.

S-au păstrat deasemenea denumiri geografice legate de sat din Evul mediu: 1338. (Károlyi, I. 128. l.) Lywkashalm monticulus, Furrowpatakfew rivulus, Erwyze fluvius, Farkashalm monticulus, Sarwarfuk locus, Kuzeper fluvius, Rythkafa arbores, Eer fluvius; Chegze fluvius.

În secolul al XIX-lea capitlul romano catolic orădean și familia Bujanovics au fost principalii proprietari ai localității. Biserica reformată a fost ridicată în 1834 iar cea greco catolică în 1846.

La sfârșitul secolului al XIX-lea Tarcea făcea parte din raionul Valea lui Mihai, împreună cu satele Bagamer, Adoni, Cheșereu, Valea lui Mihai, Șimian, Galoșpetreu, Otomani, Pișcolt, Sălacea și Vășad. Numărul caselor era de 187 iar a locuitorilor de 1120. Dispunea un oficiu poștal.

Disponem de statistici ale populației satului Tarcea pe naționalități, între 1880-1992:



An	Total	Români	Maghiari	Germani	Alții	Evrei	Rromi	Ucrainien	Sârbi	Slovaci
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

1880a	912	326	535	2	6+43	.	.	-	-	-
1880b	912	342	562	2	6	.	.	-	-	-
1890a	941	362	571	-	8	.	.	6	-	-
1900a	1070	303	767	-	-	.	.	-	-	-
1910a	1100	136	963	1	-	.	.	-	-	-
1920n	1132	518	574	-	40	40	.	.	.	.
1930a	1225	574	646	-	5	3	-	-	-	-
1930n	1225	586	585	1	53	21	31	-	-	-
1941a	1262	65	1196	1	-	-	-	-	-	-
1941n	1262	63	1164	1	34	-	33	-	-	-
1956	1375	.	.	.	.	.	.	.	.	.
1966a	1313	532	781	-	-	-	-	-	-	-
1966n	1313	572	741	-	-	-	-	-	-	-
1977n	1156	431	638	1	86	-	83	1	-	2
1992n	1001	304	621	-	76	-	76	-	-	-

Statistica populației satului Tarcea pe religii, între 1869-1992:

An	Total	Ortodocși	Greco catolici	Romano catolici	Reformați	Evanghelici	Unitarieni	Izraeliți	Alții	Bapțiști
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11



	Atelier de Proiectare-cercetare SC. RESTITUTOR SRL. 410210 Oradea Str. Episcop Mihai Pavel 8/8 R.C. J05/1053/1998 CUI. 11191976	<b>STUDIU DE FUNDAMENTARE</b> A REACTUALIZĂRII PLANULUI URBANISTIC GENERAL PENTRU COMUNA TARCEA	
---	--	---	---

1869	870	-	407	27	414	-	-	22	-	.
1880	912	-	399	39	415	1	-	58	-	.
1890	941	-	403	26	457	-	-	55	-	.
1900	1070	-	503	37	478	2	-	50	-	.
1910	1100	6	481	64	515	-	-	34	-	.
1930	1225	11	579	62	532	1	-	21	19	19
1941	1262	7	565	82	520	2	-	8	78	78
1992	1001	202	148	71	512	-	1	-	67	66

### Galoșpetreu (villa uxoris Gallus)

Formele denumirii: 1291. villa Petri in Nyr, villa uxoris Galus, 1321. Galuspetury. (Galoș-Petreu.)

Satul apare în documentele medievale pentru prima dată în registrul de dijmă episcopală din anii 1291-94, sub forma de villa Petri in Nyr. El s-a aflat atunci în comitatul Bihor, apoi până la sfârșitul secolului al XIV-lea (1398) în comitatul Sătmăr, de unde revine efectiv în 1411.

În 1291 preotul satului ce aparținea de nevasta unui anume Gallus, plătise 3 căpeci drept dijmă.

În 1321 magistrul Pousa fiul lui Ioan Kereki și fratele acestuia, Ioan renunță la drepturile de proprietate asupra satului Galoșpetreu, în favoarea prepozitului Telegdi Csanád din neamul omonim. Din document aflăm, că sora lui Telegdi a obținut deja anterior de la regele Carol Robert această posesiune, în urma decesului magistrului Ștefan fiul lui Mihai Kereki, după ce acest Ștefan i-a lăsat-o moștenire prin testament.

În 1322 satul apare în vecinătatea localităților Vășad și Zehun, deasemenea posesiuni ale lui Telegdi Csanád.



În 1338 este menționat drumul care duce dinspre Galoșpetreu spre Șimian:

